



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

14. In nulla prouisione, seu admissione ad possessionem cuiuscumque beneficij fiant vllæ fructuum deductiones conuertibiles in vsus non pios, consuetudinibus laudabilibus exceptis, & per Episcopum ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

les Ecclesiæ certos non habent fines, nec earum rectores proprium populum, quem regant, sed pro miserè perentibus Sacramenta administrant: mandat sancta Synodus Episcopis, pro tutiori animarum eis commissarum salute, ut distincto populo in certas, propriasque parochias, unicuique suum perpetuum, peculiaremque Parochum assignent, qui eas cognoscere valeat, & à quo solo licitè Sacramenta suscipiant: aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exegerit, provideant. Idemque in ijs ciuitatibus, ac locis, ubi nullæ sunt parochiales, quamprimum fieri curent non obstantibus quibuscumque priuilegijs, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

4 Cap. 1. 13.
9. 1. c. plures
16. q. 1. c. de
paroch. & in
fra sess. 14. de
reform. c. 9.

1. Vide Archiep. Bononien. p. 4. sub tit. de vnionib. pag. 253. cum seqq. Franc. Leon. in thesauro fori eccles. p. 2. cap. 2. num. 70. & cap. 16. num. 20. cum seqq. & num. 67. Vgolin. de officio Episcopi cap. 52. à princip. Monet. de decimis. c. 8. q. 6. num. 80. & 81.

2. Dum tamen curata non sint, non solum vnionem Parochialis esse prohibitam, sed etiam aliquam partem fructuum earum vniri non posse refert decimum Aloys. Ricc. in praxi rerum fori eccles. resol. 383. num. 5. vers. limita sexto, in 2. edit. alias decisi. 492. in 1. edit. Garc. de benef. p. 12. cap. 2. num. 87.

3. Parochialem Ecclesiam vniri non posse Capitulo Cathedralis etiam ob tenuitatem Canonitatum, & ob impossibilitatem etiam vnendi beneficia simplicia, & ob id quoque quod non decebat minuire eorum numerum, iuxta mentem Concil. cap. 15. sup. hoc ead. sess. tenet Aldan. in compendio canon. resol. lib. 4. tit. 8. num. 3. vbi attestatur decimum in Alexandrina 3. Martij 1592.

4. Habere locum hoc decretum quando verè est Ecclesia Parochialis, & certos habet fines, & non alias, refert decimum Gonzal. ad reg. 3. Cancel. gloss. 6. num. 96.

5. Parochia dicitur si per consuetudinem, quæ per 40. annos viguerit, tanquam vnita, vni semper collata sine dispensatione fuerint, non esse earum possessorem molestadum, refert decimum Garc. de benef. p. 12. cap. 2. num. 243.

6. Episcopum posse curam animarum toti Capitulo Cathedralis Ecclesiæ incumbentem transferre accedente consensu Capituli per viam vnionis perpetuæ in obtinentem dignitatem in eadem Ecclesia, quæ vnioni consentias, asserit Aldan. d. tit. 8. nu. 4. attestans sic decimum sub die 30. Martij 1594.

7. Parochias, quæ certos fines non habent, sed certum tantum populum, ut per certas familias distinguantur, vsque adeo ut Sacramenta promiserunt non administrantur, non comprehenduntur hoc decreto refert decimum Garc. d. p. 12. cap. 2. num. 88. & Gonzal. ad reg. 3. Cancel. gloss. 6. num. 96. Ego ipse de Parocho cap. 1. num. 23.

8. In Parochialibus etiam Ecclesijs, &c. Vide Mandos. ad reg. 2. de vnionib. q. 5. nu. 3. ad fin. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. c. 26. num. 25. Gutier. pract. lib. 1. q. 17. num. 5. cum seqq. Gonzal. ad reg. 3. Cancel. gloss. 2. nu. 20. & gloss. 5. 8. 7. num. 61. & 62. Castro Palao in opere mor. 10. 2. tract. 13. disp. 6. punct. 12. nu. 1.

9. Monasterijs quibuscumque, &c. Vide Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 11. num. 99. cum seqq.

10. Parochiales dum monasterijs vniri prohibet Concil. in presenti, intelligendum esse de Parochialibus, quæ actu, non autem de illis, quæ habitu tantum supra hominum memoriam Parochiales existunt, refert decimum Garc. in addit. ad summ. tractat. de benef. part. 5. cap. 3. numer. 121.

11. Soluari tamen, & excipi vniones, quæ sunt pro fundatione, dotatione, augmento, vel conseruatione Collegiorum, & aliorum priorum locorum ad fidei Catholi-

cæ defensionem, & propagationem, bonarumque artium cultum, resoluunt Gonzal. ad reg. 3. Cancel. gloss. 5. 8. 7. num. 46. Vgolin. d. cap. 52. §. 1. num. 1. vers. secundo.

12. Ad hæc impoſuerunt omnes hæc Cathedralis, &c. Omnes Ecclesias cathedrales, quarum redditus summam ducatorum mille non excedunt, nullis pensionibus, aut reservationibus fructuum grauari debere, ex hoc cap. colligit Flamin. Paris. de resign. lib. 6. q. 2. nu. 24. cum seqq. Garc. p. 1. c. 5. num. 393. AZOR. instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 21. q. 8. vbi ait huic cap. esse expressè derogandum, cum pensio aliter imponitur, per ea quæ tradit Put. decisi. 494. lib. 2. in antiq. alias decisi. 493. eod. lib. in correctis; sed in hoc videtur contrarium tenendum, immo tacite dispensasse Papam omittendo clausulam, dummodo remaneant mille pro Episcopo, ex Rot. in Perentina pensionis 23. Ianuarij 1602. coram Oxtrembergo. impressa per Marchetan. de commission. part. 1. pag. 535. & illius memini in tract. de Clausulis vsu frequent. claus. 48. num. 2. secundum Lugdunen. impress. vbi multa de hac clausula, & illius iustificatione.

13. Ducatorum centum, &c. Pensionem non imponi super Parochiali resignata, si valor illius non excedit centum ducatos, ex hoc decreto colligit Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 6. quaest. 2. num. 21. Garc. de benef. p. 1. c. 5. num. 375. vbi subdit quod in pensione quæ constituitur super Parochiali, solet apponi clausula, dummodo remaneant centum ducati liberi pro Rectore, & quod dictio illa liberi, importat idem quod absque vilo grauamine, & diminutione, per Rot. decisi. 298. part. 1. diuers.

14. Valorem centum ducatorum, qui ex hoc decreto debet remanere Rectori Parochialis Ecclesiæ, quæ pensione grauatur, intelligendum esse iuxta morem vniuscuiusque regionis in qua est beneficium, refert decimum Lel. Zech. de republ. eccles. cap. 28. num. 4. pag. mihi 323. Galet. in margarita casuum conscient. verb. Parocho vs. & verb. pecunia 1. & verb. pensio 10. Aloys. Ricc. in collect. decisi. part. 4. collect. 745. in fine, & in praxi rerum fori eccles. decisi. 428. num. 1. in 1. editione, alias resolut. 365. num. 2. & resolut. 644. in 2. edit. Nicol. Garc. in addit. ad d. part. 1. cap. 5. num. 373. Sel. in select. canon. cap. 81. num. 10. vbi asserit resolutum in Collen. 13. Iulij 1630.

15. De Clausula, illa, dummodo remaneant centum, &c. & quomodo iustificetur, & quæ onera ex illis centum sint deducenda, vel non, dixi latè in tract. de clausulis vsu frequent. clausul. 47. secundum Lugdunen. impress. & in tractat. de officio, & potest. Parocho c. 29. ex nu. 15. vsque ad nu. 20.

16. Ex his congruam portionem assignandam Parocho ex causa debiti pensionum carcerato censerì debere summam feutorum centum argenti illatam partium, ait Sel. d. cap. 81. num. 8. asserens sic fuisse decimum in Albinganen. 27. Iunij 1626.

Et consuetudinibus. Præcedentibus scilicet, & non futuris, iuxta resoluta per Anguan. de legib. lib. 2. controu. 20. num. 21. & 22.

In nulla provisione, seu admisione ad possessionem cuiuscumque beneficii fiant vlla fructuum deductiones conuertibiles in vsus non pios, consuetudinibus laudabilibus exceptis, & per Episcopum probatis.

CAPVT XIV.

1. Doctores de materia cap. agentes,

2. Episcopus cū consensu Capituli statuere nō potest ut

aliquid minimū soluatur in ingressu Canonicoꝝ.

3. Statuta de seruendo per annum, vel aliquod tem-

pus

- pus, & nihil percipiendo interim de massa grossa, non comprehenduntur sub hoc decreto.
- 4 Consuetudo ut duobus primis annis, quibus quis fuerit Canonicus, fructus Canonici sint heredis antecessoris, valet.
 - 5 Consuetudo, quae imponit onus recepto, quod tendit in utilitatem Canonicorum, non valet.
 - 6 Consuetudo est admittenda per quod aliquid exigitur ab obtinentibus beneficium, & distributiones quod non in ipsorum exigentium utilitatem, sed Ecclesiae, aliosque pios usus conuertatur.
 - 7 Consuetudines laudabiles non censentur quae sunt pro instauratione, vel reparatione honorum mensae

- capitularis.
- 8 Consuetudo valet ut fructus primi anni referentur heredibus beneficiarij.
 - 9 Consuetudo Ecclesiae Asten.
 - 10 Consuetudo donandi aliquid in ingressu & admissione alicuius ad Canoniatum est sublata.
 - 11 Constitutio facta per Episcopum & Capitulum de soluendo certam quantitatem ratione possessionis Canoniatuum, quae integrè cedat in fabricam valet.
 - 12 Dulciaria multa sunt de genere prohibitorum.
 - 13 Episcopus an possit de fructibus beneficij conferendi aliquid subtrahere.

IN pluribus Ecclesijs, tam Cathedralibus, quam Collegiatis & Parochialibus, ex earum constitutionibus, aut ex prava consuetudine obseruari intelligitur, ut in electione, praesentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia prouisione siue admissione ad possessionem alicuius Cathedralis Ecclesiae, vel beneficij Canoniatuum, aut praebendarum, vel partem prouentuum, seu ad distributiones quotidianas certae conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationes esse illicitae, aut etiam, quae in aliquibus Ecclesijs dicuntur Turnorum lucra, interponantur: haec cum sancta Synodus detestetur, mandat Episcopis, ut quae cumque huiusmodi in usus pios non conuertuntur, atque ingressus eos qui simoniace labis, aut sordidae auaritia suspicionem habent, fieri non permittant, ipsique diligenter de eorum constitutionibus, siue consuetudinibus super praedictis cognoscant, & illis tantum, quas ut laudabiles probauerint, exceptis, reliquas, ut prauas, ac scandalosae rejiciant, & aboleant. Eos vero, qui aduersus haec, in praesenti decreto comprehensa, quauis ratione commiserint, penitus, & contra simoniacos editis, sacris Canonibus, & varijs summorum Pontificum constitutionibus, quas omnes innouat, teneri decernit: non obstantibus quibuscumque statutis, constitutionibus, consuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam Apostolica auctoritate confirmatis: de quarum surreptione, obreptione, & intentionis defectu Episcopus, tamquam Apostolicae Sedis delegatus, cognoscere possit.

4. r. quest. 1. fere per tot. Conc. Tolet. 6. c. 3. c. cum semper. de simon.

1. Vnde Greg. Lop. ad l. 15. verb. pro premio, tit. 17. part. 1. Nauarr. de orat. cap. 7. num. 30. & misel 6. num. 3. & conf. 13. & 72. in antiq. alias 1. & 7. in nouis, de simon. Sayr. in floribus decif. sub eod. tit. decif. 14. Guet. Canon. lib. 1. cap. 29. n. 27. cum seqq. Fr. Emman. in addit. ad Bullam Cruciatam pag. 213. Cened. ad Decretal. collect. 16. nu. 2. Franc. Leon. in thesauro fori eccl. p. 2. c. 2. n. 79. & p. 3. c. 1. n. 2. Piafec. in praxi Episcop. p. 2. c. 4. n. 51. Flam. Paris. de confidenti 9. 38. nu. 17. cum seqq. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori eccl. resol. 120. & 489. in 2. edit. Monet. de distrib. quotid. p. 2. q. 18. n. 34. cum seqq. Campan. in diuersis Canon. rub. 11. cap. 27. numer. 46. cum seqq. Bonacina de Simonia quest. 7. §. 3. metiptum in tract. de Canonice cap. 15. num. 24. cum seqq. Et in maiore huius decreti obseruationem Pius V. sua consuet. incip. Durum nimis, sub dat. pridie Kal. Iulij 1570. reuocauit priuilegia, & consuetudines Ecclesiarum aliquid recipiendi in collatione, seu admissione ad possessionem beneficiorum.
2. Vnde Episcopum cum consensu Capituli statuere non posse ut aliquid minimi soluat in ingressu Canonicorum, cum sit prohibitum per dictam Bullam Pij V. retuli decifum d. cap. 15. num. 25.
3. Nec hoc decreto Concilij, nec dicta Bulla Pij V. comprehendit statuta de seruendo per annum, vel aliquod tempus, & nihil percipiendo interim de massa grossa, nisi peracto integro dicto seruitio, vel quod post obitum heredibus debeatur, cum sit potius differre, quam auferre, refert decifum Garc. de benef. p. 11. cap. 5. num. 138.
4. Si in aliqua Ecclesia sit consuetudo ut duobus primis annis, quibus quis fuerit Canonicus, fructus Canonici sint heredum antecessoris, istum casum non comprehendit hoc decreto, & in d. Bulla Pij V. refert decifum Garc. d. num. 138.
5. Consuetudo, quae imponit onus recepto, quod tendat in utilitatem Canonicorum, non valet, secus in utilitatem Ecclesiae, vel augmentum cultus diuini, item quod conuertitur in utilitatem fabricae, Ecclesiae scilicet, ut refert decifum Garc. d. tract. de benef. part. 8. cap. 1. n. 90.
6. Consuetudinem rationabilem, & similiter statutam Barbof. Collect. in Concil. Trid.

laudabile admittendum esse per quod aliquid exigitur ab obtinentibus beneficium, & quotidianas distributiones, quod non in ipsorum exigentium utilitatem, sed Ecclesiae, aliosque pios usus conuertatur, modo non pro ingressu ipso, & admissione, sed ad alium finem excipiatur, tenent Abb. & Felin. in cap. cum M. de constitut. idem Abb. in cap. Iacobus num. 3. de simon. Rip. resp. 1. num. 11. ad arbit. Iacob. de Graff. in aureis decif. part. 1. lib. 2. cap. 96. nu. 49. Flamin. Paris. dict. quest. 38. num. 27. Monet. d. quest. 18. num. 55. Aloyf. Ricc. d. resol. 489. num. 2. & 6. Ego ipse d. cap. 15. num. 29.

Consuetudines laudabiles non censentur quae sunt pro instauratione, vel reparatione honorum mensae Capitularis, cederent enim in utilitatem singulorum, resoluit Garc. d. part. 8. cap. 1. num. 90. quem refero d. cap. 15. num. 29. in fine.

Consuetudinem valere etiam stante dispositione huius decreti ut fructus primi anni referentur heredibus beneficiarij defuncti, censuit Rot. decif. 660. part. 4. diuers. quam refero d. cap. 15. num. 31.

Consuetudinem Ecclesiae Asten. quod fructus spectent ad Capitulum donec beneficiatus sit Sacerdos, valere, quia intentio Concilij in praesenti fuit ne ratione collationis aliquid reciperetur, dixi d. cap. 15. num. 34. attestans sic fuisse decifum. in Asten. 6. Maij 1617.

Consuetudinem donandi aliquid in ingressu, & admissione alicuius ad Canoniatum, esse sublata per hoc decretum, asserit resolutum Armendar. in addit. ad recap. legum Nauarre lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 10. respons. 8. quem refero d. cap. 15. num. 28.

Valere constitutionem factam per Episcopum & Capitulum post Concil. Trident. de soluendo certam quantitatem ratione possessionis Canoniatuum, quae integrè cedat in fabricam, nihil autem ex pecunia notarijs, curatoribus, campanarijs, alijue Ecclesiae ministris, quibus alias constituta sunt salaria, attribuendum, asserit decifum Garc. part. 3. c. 2. num. 198. declar. 9. quem refero d. cap. 15. num. 30.

Bb 3 Dulciaria

12. Dulciora multa esse de genere prohibitorum à Concilio in presenti ob aliquem de Capitulo exigendorum pro admissione in possessionem alicuius noui Canonici, refert decisum Zerol. in praxi Episcopi, part. 2. verb. possessio beneficii §. 5. in fine.
13. Si Episcopus antequam beneficium alicui conferat, ob aliquam iustam causam ordinauerit aliquid subtrahendum de fructibus beneficii conferendi, & in pios

usus expendendum, non esse illicitum; si verò ab eo, cui beneficium confert, requiratur aliquid sibi exhiberi de fructibus illius beneficii, idem esse ac si aliquod munus ab illo exigeret, & non carere vitio simoniae, docet S. Thom. 2. 2. quæst. 100. ad 4. in finem, quem referunt Monald. conf. 83. vol. 2. Hieron. Zanett. in tract. de foro conscientia, & contentioso sub num. 8. Aloyf. Rice. Ait. resol. 489. num. 8.

In Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum insignium Præbendis multis, sed tenuibus, & insufficientibus hæc sit ratio, vt ipsæ Præbendæ vnione quorundam aliorum beneficiorum crescant, aut patronorum consensu Præbendarum quarundam fiat tanta suppressio, quæ non officiat celebrando cultui diuino, non obstantibus, &c.

CAPVT XV.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Episcopis nulla datur potestas supprimendi præbendas vt augeantur distributiones, etiam ad augmentum cultus diuini.
- 3 Collegiatis insignes quæ dicantur.
- 4 Beneficij tenuitas debet probari, quia beneficia de sui natura præsumuntur congrua.
- 5 Prælati seculares iurisdictionem habentes quasi Episcopalem beneficia suppresserit non possunt.
- 6 Capitulum Sede vacante non potest suppressionem facere.
- 7 Vicarius Episcopi, seu Capituli Sede vacante non potest suppresserit.
- 8 Capituli consensus requiritur in suppressione faciende.
- 9 Suppressio Canoniatuum alicuius Collegiatis ob tenuitatem vt rite fiat per Episcopum, debet ultra consensum Capituli Collegiatis interuenire consensus Capituli Cathedralis.
- 10 Consensus Capituli potest post vnionem interuenire.
- 11 Consensus tacitus Capituli sufficit in vnione faciende.
- 12 Dignitates non possunt vniri.
- 13 Episcopo non licet vnire beneficia Capellanis, quæ habent redditus tenues.
- 14 Beneficia viuentium vniri possunt sine tamen præiudicio obuentium.
- 15 Vniones de beneficijs reseruata validæ sunt si modò fuerint factæ ante ipsorum vacationem.
- 16 Curam animarum toti Capitulo cathedralis Ecclesie incumbentem potest Episcopus de consensu Capituli transferre, &c.
- 17 Vnio debet fieri singulis præbendis distributiue, non autem mensæ.
- 18 Præbendis singula beneficia vniri debent, non omnibus simul indistincte vnium.
- 19 Vniones fieri possunt in distributionibus quotidianis vbi illæ tenues sunt.
- 20 Habet locum in suppressionibus tantum perpetuis.
- 21 Consensus patroni, & inferioris collatoris, & electorum regulariter necessarius est in suppressione beneficiorum faciende.
- 22 Vnio de beneficio iurispatronatus facta non valet.
- 23 Redditi præbendarum, seu beneficiorum quomodo taxandi sint cum eorum aliquot suppressa sunt.

4 Supra
cap. 13.

IN Ecclesijs cathedralibus, & collegiatis insignibus, vbi frequentes, & adeoque tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo decenti Canoniorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, & liceat Episcopis, cum consensu Capituli, vel aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia, his vnire, vel, si hac ratione prouideri non possit, aliis quibus ex his suppressis, cum patronorum consensu, si de iure patronatus laicorum sint, quorum fructus & prouentus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eos ad pauciores numerum reducere, ita tamen, vt tot supersint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesie commode valeat respondere, non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & priuilegijs, aut quacumque reservatione generali vel speciali, aut affectione, neque prædictæ vniones, aut suppressiones tolli, seu impediri possint ex quibuscumque prouisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis alijs derogationibus, vel suspensionibus.

Vide Selu. de benef. part. 4. quæst. 7. numero 130. & seq. Roch. de Curte de iurispatronat. verb. pro eo quod quæst. 12. sub num. 27. Lamberin. eod. tract. lib. 3. quæst. 6. art. 7. num. 10. cum seqq. Raud. in tract. de dispensat. per Episcopum casu 117. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glof. 37. num. 25. Zerol. in praxi Episcopi p. 1. verb. vnio §. 7. vers. secundo. Garc. de benef. p. 12. cap. 2. num. 171. Aloyf. Rice. in praxi rerum fori Eccles. decis. 488. in 1. edit. alias resolut. 379. numer. 4. in 2. edit. Vgolin. de officio Episcopi cap. 52. §. 1. numer. 4. Monet. de distribut. quotid. part. 1. quæst. 5. num. 26. cum seqq. & de commutat. ultim. volunt. cap. 12. num. 113. cum seqq. Steph. Gratian. de sepe. forens. cap. 278. num. 34. & cap. 329. à princ.

Castro Palao in opere morali tom. 2. tract. 13. disp. 6. punct. 9. §. 9. & 10. Vasq. in opuscul. moral. cap. 2. §. 4. num. 205. met ipsum de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 67. & de Canonis cap. 3. à num. 18.

In Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis insignibus. In alijs verò nullam dari Episcopis potestatem suppressendi præbendas vt augeantur distributiones etiam ad augmentum cultus diuini, asserit decisum Monet. de distribut. quotid. part. 1. quæst. 5. num. 28. quem refero Ego ipse d. alleg. 67. num. 2. in fine.

In Collegiatis insignibus. Quæ tales dicantur videbis apud Ioan. Anton. Massobr. in praxi habendi concursus prælat. 2.